



Departamento de Educación,
Cultura y Deporte

**PROCEDIMIENTO SELECTIVO ARAGÓN DE
REPOSICIÓN
ORDEN ECD/110/2023 (BOA 14/02/2023):**

ESPECIALIDAD: LATÍN

CRITERIOS CALIFICACIÓN

Criterios de penalización generales

- Penalizarán los **errores ortográficos** pudiendo restar hasta 1 punto por cada **uno de ellos** a la nota obtenida en el ejercicio donde se descubra(n).
- Penalizará la mala presentación, es decir, letra ilegible, ausencia de márgenes, tachones reiterados *et alia et similia*.
- Penalizarán los errores que evidencien falta de dominio de los contenidos, tecnicismos y habilidades más básicos de la materia.

Criterios de Calificación

Parte A: Tema

		Puntuación máxima	Puntuación	Puntuación ponderada	Calificación
Estructura del tema	Introducción justificativa	2	10	X 0'10	1
	Desarrollo de todos los apartados del tema ordenadamente	4			
	Conclusión	2			
	Bibliografía	2			
		Puntuación máxima	Puntuación	Puntuación ponderada	Calificación
Expresión y Presentación	Fluidez en la redacción. Adecuada expresión escrita.	7	10	X 0'20	2
	Precisión y concisión lingüística	3			
		Puntuación máxima	Puntuación	Puntuación ponderada	Calificación
Contenidos específicos del tema	Actualización Científica. Valoración o juicio crítico y fundamentos de los contenidos. Uso correcto y ordenado del lenguaje técnico.	8'5	10	X 0'70	7
	Ilustra los contenidos con ejemplos, referencias bibliográficas <i>et alia et similia</i> .	1'5			

Criterios de valoración y calificación

Parte B: Ejercicios prácticos

Criterios de valoración de la traducción

- Ser capaz de traducir los textos latinos y adaptarlos, para emplearlos después a una situación de aprendizaje.
- Traducir los textos latinos de forma clara y bien expresada en un castellano culto y comprensible, *siendo fiel al estilo de los autores originales*.
- Demostrar la formación científica y el dominio de las habilidades técnicas correspondientes a la docencia del latín.
- Penalizará no traducir el texto íntegro.

Criterios de valoración específicos del comentario, parte de las pruebas con diccionario

- Contextualización y caracterización histórico-literaria.
- Características del género y del autor.
- Figuras retóricas y estilísticas.
- Descripción métrica.

Traducción sin diccionario

A [Salustio Bellum Iugurthinum 43-44](#) B [César De Bello Gallico I, 14](#)

Comprensión 40%	Comprensión del texto de forma global.
Expresión 40%	Correspondencia de estructuras sintácticas o adopción apropiada de giros sustitutivos.
Pragmática 20%	Adecuación al sentido original del texto respetando los rasgos del estilo de los autores latinos.

Traducción con diccionario y comentario

A [Tito Livio Ab urbe condita 39-40](#) B [Cicerón De Re Publica I, 2](#)
A [Virgilio Aeneis VI 679-702](#) B [Horacio Oda II, 10](#)

Comprensión 35%	Comprensión del texto de forma global.
Expresión 35%	Correspondencia de estructuras sintácticas o adopción apropiada de giros sustitutivos.
Pragmática 10%	Adecuación al sentido original del texto respetando los rasgos del estilo de los autores latinos.
Comentario 20%	Interpretación y exégesis morfológico-estilística y/o histórico-cultural según las características del autor. Descripción y exégesis fonético-morfológica y métrico-estilística. Cuestiones relacionadas con el uso didáctico y/o actualidad del mundo clásico.

PARTE "A" DE LA PRIMERA PRUEBA (PARTE PRÁCTICA)

El/la opositor/a realizará un ejercicio, a elegir entre dos modelos propuestos, consistente en tres ejercicios de traducción.

Cada una de las traducciones se calificará de 0 a 10 puntos, siendo la calificación global de este ejercicio de carácter práctico el promedio de las calificaciones obtenidas en cada una de las traducciones.

MODELO A

Traducción sin diccionario prosa

Texto

post Auli foedus exercitusque nostri foedam fugam Metellus et Silanus consules designati provincias inter se partiverant, Metelloque Numidia evenerat, acri viro et, quamquam adverso populi partium, fama tamen aequabili et inviolata. is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. igitur diffidens veteri exercitui milites scribere, praesidia undique arcessere, arma tela equos et cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quae in bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent. ceterum ad ea patranda senatus auctoritate, socii nomenque Latinum et reges ultro auxilia mittendo, postremo omnis civitas summo studio annitebatur. itaque ex sententia omnibus rebus paratis compositisque in Numidiam proficiscitur, magna spe civium cum propter artis bonas tum maxime quod adversum divitias invictum animum gerebat et avaritia magistratum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae hostiumque auctae erant.

sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditus a Sp. Albino proconsule iners inbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, praedator ex sociis et ipse praeda hostium, sine imperio et modestia habitus. ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis quam ex copia militum auxili aut spei bonae accedebat. statuit tamen Metellus, quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat et expectatione eventus civium animos intentos putabat, non prius bellum attingere, quam maiorum disciplina milites laborare coegisset. nam Albinus, Auli fratri exercitusque clade percusus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat, nisi cum odor aut pabuli egestas locum mutare subegerat. sed neque muniebatur, neque more militari vigiliae deducebantur; uti cuique libebat, ab signis aberat; lixae permixti cum militibus diu noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum praedas certantes agere eaque mutare cum mercatoribus vino advecticio et aliis talibus.

Traducción en prosa con diccionario y comentario

Texto

iam prope in conspectu erant exercitus convenerantque duces sicuti inter se nondum satis noti, ita iam imbutus uterque quadam admiratione alterius. nam Hannibalis **et** apud Romanos iam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat, **et** Scipionem Hannibal eo ipso quod adversus se dux potissimum lectus esset praestantem virum credebat, **et** auxerant inter se opinionem, Scipio, quod relictus in Gallia obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali, Hannibal **et** conatus tam audaci traiciendarum Alpium **et** effectu. occupavit tamen Scipio Padum traicere et ad Ticinum amnem motis castris, priusquam educeret in aciem, adhortandorum militum causa talem orationem est exorsus.

"Si eum exercitum, milites, educerem in aciem quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud vos; quid enim adhortari referret **aut** eos equites qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregie vicissent, **aut** eas legiones cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus confessionem cedentis ac detractantis certamen pro victoria habui? nunc quia ille exercitus, Hispaniae provinciae scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit, ego, ut consulem ducem adversus Hannibalem ac Poenos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli, novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. ne genus belli neue hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum quos terra marique priore bello vicistis, a quibus stipendum per viginti annos exegistis, a quibus capta bellum praemia Siciliam ac Sardiniam habetis. erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus qui victoribus et victis esse solet. nec nunc illi quia audent sed quia necesse est pugnaturi sunt, qui plures paene perierint quam supersint; nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detractavere, eos duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis plus spei nactos esse. at enim pauci quidem sunt sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit.

Traducción en verso con diccionario y comentario

Texto

at pater Anchises penitus convalle virenti
inclusas animas superumque ad lumen ituras 680
lustrabat studio recolens, omnemque suorum
forte recensebat numerum, carosque nepotes
fataque fortunasque virum moresque manusque.
isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit, 685
effusaeque genis lacrimae et vox excidit ore:
'venisti tandem, tuaque exspectata parenti
vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
nate, tua et notas audire et reddere voces?
sic equidem ducebam animo rebarque futurum 690
tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
quas ego te terras et quanta per aequora vectum
accipio! quantis iactatum, nate, periclis!
quam metui ne quid Libya regna nocerent!'
ille autem: 'tua me, genitor, tua tristis imago 695
saepius occurrens haec limina tendere adegit;
stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram,
da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.'
sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum; 700
ter frustra comprensa manus effugit imago,
par levibus ventis volucrique simillima somno.

PARTE “A” DE LA PRIMERA PRUEBA (PARTE PRÁCTICA)

El/la opositor/a realizará un ejercicio, a elegir entre dos modelos propuestos, consistente en tres ejercicios de traducción.

Cada una de las traducciones se calificará de 0 a 10 puntos, siendo la calificación global de este ejercicio de carácter práctico el promedio de las calificaciones obtenidas en cada una de las traducciones.

MODELO B

Traducción sin diccionario en prosa

Texto

his Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res quas legati Helvetii commemorassent memoria teneret, atque eo gravius ferre quo minus merito populi Romani accidissent; qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisse, non fuisse difficile cavere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se intellegerer quare timeret neque sine causa timendum putaret. quodsi veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexassent, memoriam deponere posse? quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere. consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere. cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae polliceantur facturos intellegat, et si Haeduus de iniuriis quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciunt, sese cum iis pacem esse facturum. Divico respondit: ita Helvetios a maioribus suis institutos esse uti obsides accipere, non dare, conseruent; eius rem populum Romanum esse testem. hoc responso dato discessit.

postero die castra ex eo loco movent. idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduus atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant. qui cupidius novissimum agmen insecuri alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt; et pauci de nostris cadunt. quo proelio sublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere non numquam et novissimo agmine proelio nostros laceressere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat, ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere. ita dies circiter XV iter fecerunt uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset.

Traducción en prosa con diccionario y comentario

Texto

nec vero habere virtutem satis est quasi artem aliquam nisi utare; etsi ars quidem cum ea non utare scientia tamen ipsa teneri potest, virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio, et earum ipsarum rerum quas isti in angulis personant, reapse non oratione perfectio. nihil enim dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque dicatur, quod <non> ab iis partum confirmatumque sit, a quibus civitatibus iura discripta sunt. unde enim pietas, aut a quibus religio? unde ius aut gentium aut hoc ipsum civile quod dicitur? unde iustitia fides aequitas? unde pudor continentia fuga turpi<tu>dinis adpetentia laudis et honestatis? unde in laboribus et periculis fortitudo? nempe ab iis qui haec disciplinis informata alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus. (3) quin etiam Xenocraten ferunt, nobilem in primis philosophum, cum quaereretur ex eo quid adsequerentur eius discipuli, respondisse ut id sua sponte facerent quod cogerentur facere legibus. ergo ille, civis qui id cogit omnis imperio legumque poena, quod vix paucis persuadere oratione philosophi possunt, etiam iis qui illa disputant ipsis est praferendus doctoribus. quae est enim istorum oratio tam exquisita, quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure et moribus? equidem quem ad modum 'urbes magnas atque imperiosas', ut appellat Ennius, viculis et castellis praferendas puto, sic eos qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, iis qui omnis negotii publici expertes sint, longe duco sapientia ipsa esse anteponendos. et quoniam maxime rapimur ad opes augendas generis humani, studemusque nostris consiliis et laboribus tutiorem et opulentiores vitam hominum reddere, et ad hanc voluptatem ipsius naturae stimulis incitamus, teneamus eum cursum qui semper fuit optimi cuiusque, neque ea signa audiamus quae receptui canunt, ut eos etiam revocent qui iam processerint.

Traducción en verso con diccionario y comentario

Texto en verso

rectius vives, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus iniquum.
auream quisquis mediocritatem 5
diligit, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula.
saepius ventis agitatur ingens
pinus, et celsae graviore casu 10
decidunt turres feriuntque summos
fulgura montes.
sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus: informis hiemes reducit 15
luppiter, idem
submovet; non, si male nunc, et olim
sic erit: quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
tendit Apollo. 20
rebus angustis animosus atque
fortis adpare, sapienter idem
contrahes vento nimium secundo
turgida vela.